

22
21
20
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
0

quicquid autem uerum & conuenienter expositum uni om-
nium bonorum munerum largitori dō quam obrem sit
tibi manifestum atq; praeceptum nullum errorem in re-
ligione esse potuisse si anima pro dō suo non coleret anima.
aut corpus aut phantasmata sua aut horum aliqua duo
coniuncta aut cetera simul omnia sed in hac uita sociāte
generis humani sine dolo temporaliter congruens ad eter-
nam editat & ut unum dōm colens qui nisi permaneret
incommutabilis nulla mutabilis natura maneret; muta-
ri autem animam posse non quidem localiter sed tamen
temporaliter suis affectionibus quisq; cognoscit; corpus
uero & temporibus & locis esse mutabile cuius aduer-
sa facile est phantasmata porro nihil sunt aliud quam despe-
cie corporis corporeo sensu adtracta figmenta quae
memoriae mandare ut accepta sunt uel pariter uel mul-
tiplicare uel contrahere uel distendere
uel ordinare uel perturbare uel quod libet modo figu-
rare cogitando facillimum est sed cum uerum quaeritur
cauere & uita difficile non ergo creaturae potius quā
creatori seruiamus nec uanescamus in cogitationibus
nostris & perfecta religio est; ad eterno enim creatori ad